UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum Tractatuum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicationem Pagina Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Jesus Passus Per Centuriam Modorum Meditandi passionem Salvatoris nostri illustratus; cui accesserunt Meditationes In Passionem Domini XLVI. - Juxta numerum dierum Quadragesimæ

Drużbicki, Kaspar

Ingolstadii, 1732

VD18 90066405

13. Considerando varios Christi Domini situs in Passione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45427

Visual Library

Denique in toto corpore affectum vulneri-„
bus- 5475.„

Hæc Landſpergius, Sermone de præcipuis effectibus, & virtutibus, in Paſſione Chriſti nobis exhibitis, & apud Joſephum Speranſa Puncto 154. Script. Select.

MODUS XIII.

DEcimus tertius modus Paſſionem Domini meditandi eſt, aſſumere varios Chriſti Domini in Paſſione ſua ſitus, & conſiderare quid unoquoque egerit, actumve cum illo fuerit, & paſſus ſit. Conſideretur, v. g. JEſus procumbens in genua, & proſtratus in faciem ſuam inter orandum in Horto. Conſideretur obviam Judæ, hoſtibusque prodiens, ad oſculum admittens, hoſtes verbo proſternens. Conſideretur JEſus captus, ligatus, ad Urbem & Annam tractus. Conſideretur ſtans coram Anna, coram Caipha, coram Concilio, inter ſatellites, inter cuſtodes, totâ nocte vinctus, abjectusque jacens, aut ſemipendens catenatus, compeditus. Conſideretur ſtans rurſum manè coram Concilio, coram Pilato, Herode, rurſumque Pilato. Conſideretur in viis iſtis vadens, rediens, à Caipha ad Pilatum, ab hoc ad Herodem. Conſideretur ad columnam nudatus, ligatus, verecundus, tremens, cinctus carnificibus, ludibrium ſpectatorum, flagellis conciſus. Conſideretur religatus à columna, veſtes ſuas hic inde ſparſas, colligens, ſanguineis glomis veſtigia ſignans, veſtes induens. Conſideretur à militibus rurſum raptus, exutus veſtibus, ſedere in fruſto ſaxi aut

trunci juſſus, chlamyde inte&ctus, ſpineo ſ redimitus, arundinem manu geſtans, adon conſputus, colaphiſatus, ave Rex, ſalut Conſideretur ultimùm, Barabbæ collatus, poſtpoſitus, ultimâ ſententiâ capitis damn cruce onuſtus ex urbe pergens, montem ſcendens.

Conſideretur in monte jam ſtans, ex veſtibus, in crucem abjectus, in ea expa affixus, conſputatus, elevatus, conſtitutus.

Conſideretur in Cruce pendens, à Civ averſus, omnia elementa commovens, ab verſitate rerum planctus. Cum lachrym clamore valido orans etiam pro inimicis, ex me ſiti laborans, aceto tractatus, ſerpentinis guis undique laceratus. Latroni Paradyſum nans. Matris curam gerens. Patri anima manus tradens, capite ad reverentiam inclin Conſideretur lanceâ in latere poſt mortem cius, ſanguinem & aquam effundens. Con retur datâ licentiâ à Præſide, de Cruce ali manibus depoſitus, unguentis unctus, lin mundo involutus, ſepulchro conditus, & ad luto lapide clauſus. Omnia iſta immenſita materiæ meditanti ſuggerunt, affectuum, ctrinarum.

MODUS XIV.

DEcimus quartus modus meditandi Paſ nem Domini eſt. Aſſumere dolo Chriſti injuriasque omnes, primùm, quas p peſſus eſt totâ nocte ab horto usque ad Caip num carcerem: ubi Chriſtus inter improbiſſi

m